Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Incipitur alias pars huius secunde partis

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

ad propositum Fuit enim in quodam mona-
sterio frater quidam religiosus et devotus
cui sepe revelationes fiebant divinitus Cum
quidam alius eiusdem monasterii fuit sties
et stetit apud eundem ut deum oraret ut eius
sibi dignaretur ostendere si ipse de numero sal-
vandorum esset Et cum vir ille precibus vir-
tus orationum instando hoc a deo postularet
ostensum est sibi quod ille frater de numero dampna-
dorum existeret Unde timens fratrem alium
turbare per aliquos dies hoc sibi celavit
sed tandem eidem requirenti licet invitus
aperuit Ille autem hoc audiens et spirituales
intelligens statim respondit Benedictus
deus nec tamen sic desperabo sed penitentiam
quam per ingressum religionis assumpsi
de cetero duplicabo et triplicabo donec gra-
ciam et misericordiam apud deum altissimum qui presens
est inveniam Et non post multos dies eidem
fratri predicto divinitus revelatum est quod il-
le alter frater de numero salvandorum
esset Et cum eidem fratri retulisset ille
letus effectus de revelatione fortior factus
est in opere ac viriliter agens et de virtu-
te in virtutem proficiens perseveravit
in bono sine cessatione Utinam multi hoc
exemplo moti manum suam ad fortia mit-
terent et non desperarent vel desisterent
quia sic agendo et in hoc perseverando deum
sibi propitium utique invenirent Oracio

Domine ihesu xpe iudex vivorum
et mortuorum in extremo iu-
dicio me a dextris collocare digneris et
tunc auditam fac illam dulcissimam vocem
tuam quam promisisti electis tuis dicens Venite
benedicti patris mei percipite regnum et
fac ut non timeam ab auditione mala quam
comminatus es reprobis dicens Ite male-
dicti in ignem eternum O unigenite fili dei
miserere nostri ne unquam illam penam intolera-
bilem experiamur sed excedere a regni glo-
ria et obruere in gehennam deus meus
misericordia mea Amen

Incipit alia pars huius secunde partis